

nostris, et has pópuli tui oblatiónes benígnus assúme: et ut nullíus sit írritum votum, nullíus vácuá postulátio, præsta: ut quod fidéliter pétimus, effícaciter consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### **PREFACE OF THE APOSTLES**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te Dómine supplicíter exoráre, ut gregem Tuum pastor ætérne, non déseras: sed per beátos Apóstolos tuos contínua protectióne custódias. Ut íisdem rectóribus gubernétur, quos óperis Tui vicários eidem contulísti præesse pastóres. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ Tuæ cánimus sine fine dicéntes:

### **COMMUNION Matthew 16: 18**

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám Meam.

### **POSTCOMMUNION**

Quos cælésti, Dómine, aliménto satiásti: apostólicis intercessiúnibus ab omni adversitáte custódi. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(For 6<sup>th</sup> Sunday after Pentecost)*

Repléti sumus, Dómine, munéribus tuis: tríbue, quæsumus; ut eórum et mundémur efféctu, et muniámur auxilió. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

prayers, and favorably receive the offerings of Thy people: and that the prayers of none be vain, no one petition void, grant, that what we ask faithfully, we may obtain effectually. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, to entreat Thee humbly, O Lord, that Thou wouldst not desert Thy flock, O everlasting Shepherd, but, through Thy blessed Apostles, wouldst keep it under Thy constant protection; that it may be governed by those same rulers, whom as vicars of Thy work, Thou didst set over it to be its pastors. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Thou art Peter: and upon this rock I will build My Church.

Preserve, O Lord from all dangers, by the intercession of Thine apostles, those whom Thou hast filled with Heavenly nourishment. Through the Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

We have been filled, Lord, with Thy gifts: grant we beseech thee, that we may both be cleansed by their effects, and defended by their aid. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

## **MASS PROPER: EXTERNAL SOLEMNITY OF SAINTS PETER AND PAUL, APOSTLES**

*MASS Nunc scio vere (red)*

### **INTROIT Acts 12: 11**

Nunc scio vere, quia misit Dóminus Ángelum suum: et erípuit me de manu Heródis, et de omni exspectatióne plebis Judæórum. (Ps. 138: 1, 2) Dómine, probásti me, et cognovísti me: tu cognovísti sessiónem meam, et resurrectiúnem meam. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Nunc scio vere, quia misit Dóminus Ángelum suum: et erípuit me de manu Heródis, et de omni exspectatióne plebis Judæórum.

### **COLLECT**

Deus, qui hodiérnam diem Apóstolorum tuórum Petri et Pauli martyrio consecrásti: da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præcéptum; per quos religiúnis sumpsit exórdium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(For 6<sup>th</sup> Sunday after Pentecost)*

Deus virtútum, cujus est totum quod est óptimum: ínsere pectóribus nostris amórem tui nóminis, et præsta in nobis religiúnis augméntum: ut, quæ sunt bona, nútrias, ac pietátis stúdio, quæ sunt nutrita, custódias. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### **LESSON Acts 12: 1-11**

In diébus illis: Misit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de

Now I know in very deed, that the Lord hath sent His angel, and hath delivered me out of the hand of Herod, and from all the expectation of the people of the Jews. (Ps. 138: 1, 2) Lord, Thou hast proved me, and known me: Thou hast known my sitting down, and my rising up. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. Now I know in very deed, that the Lord hath sent His angel, and hath delivered me out of the hand of Herod, and from all the expectation of the people of the Jews.

O God, Who hast consecrated this day to the martyrdom of Thine apostles Peter and Paul, grant to Thy Church in all things to follow their teaching from whom it received the right ordering of religion in the beginning. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O God of hosts, to Whom all that is best belong, graft in our hearts the love of Thy name, and grant us an increase of true religion: that Thou mayest foster what is good, and with tender zeal guard what Thou hast fostered. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days, Herod the king stretched forth his hands to afflict some of the Church: and he killed

ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. Videns autem quia placeret Judæis, apposuit ut apprehenderet et Petrus erant autem dies Azymorum. Quem cum apprehendisset, misit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum, volens post Pascha producere eum populo. Et Petrus quidem servabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Cum autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: et custodes ante ostium custodiabant carcerem. Et ecce Angelus Domini astitit: et lumen refulsit in habitaculo: percussitque latere Petri, excitavit eum, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenae de manibus ejus. Dixit autem Angelus ad eum: Praecingere, et calceas te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circumda tibi vestimentum tuum, et sequere me. Et exiens sequebatur eum, et nesciebat quia verum est, quod fiebat per Angelum: existimabat autem se visum videre. Transeuntes autem primam et secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quae ducit ad civitatem: quae ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum unum: et continuo discessit Angelus ab eo. Et Petrus ad se reversus, dixit: Nunc scio vere, quia misit Dominus Angelum suum, et eripuit me de manu Herodis, et de omni expectatione plebis Judaeorum.

**GRADUAL Psalms 44: 17, 18**

Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui, Domine. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluja, alleluja.

James, the brother of John, with the sword; and seeing that it pleased the Jews, he proceeded to take up Peter also. Now it was in the days of the Azymes: and when he had apprehended him, he cast him into prison, delivering him to four files of soldiers to be kept, intending after the pasch to bring him forth to the people. Peter therefore was kept in prison: but prayer was made without ceasing by the Church unto God for him. And when Herod would have brought him forth, the same night Peter was sleeping between two soldiers, bound with two chains; and the keepers before the door kept the prison: and behold an angel of the Lord stood by him, and a light shined in the room and he striking Peter on the side, raised him up, saying, Arise quickly; and the chains fell off from his hands: and the angel said to him, Gird, thyself and put on thy sandals; and he did so: and he said to him, Cast thy garment about thee and follow me: and going out he followed him: and he knew not that it was true which was done by the angel; but he thought he saw a vision. And passing through the first and the second ward, they came to the iron gate that leadeth to the city, which of itself opened to them; and going out, they passed on through one street, and immediately the angel departed from him. And Peter coming to himself, said, Now I know in very deed that the Lord hath sent His angel, and hath delivered me out of the hand of Herod, and from all the expectation of the people of the Jews.

Thou shalt make them princes over all the earth: they shall remember Thy name, O Lord. Instead of Thy fathers, sons are born to Thee; therefore shall people praise Thee. Alleluia, alleluia.

(Matt. 16: 18) Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam Meam. Alleluja.

**GOSPEL Matthew 16: 13-19**

In illo tempore: Venit Jesus in partes Caesareae Philippi, et interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse Filium hominis? At illi dixerunt: Alii Joannem Baptistam, autem Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex prophetis. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus Filius Dei vivi. Respondens autem Jesus, dixit ei: Beatus est Simon BarJona: quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater Meus, Qui in Caelis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam Meam, et portae inferi non praevalent adversus eam. Et tibi dabo claves regni Caelorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in Caelis: et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in Caelis.

**OFFERTORY Psalms 44: 17, 18**

Constitues eos principes super omnem terram: memores erant nominis tui, Domine, in omni progenie et generatione.

**SECRET**

Hostias, Domine, quas, nomini tuo sacrandas offerimus, apostolica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuas, et defendi. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

*(For 6<sup>th</sup> Sunday after Pentecost)*

Propitiare, Domine, supplicationibus

(Matt. 16: 18) Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church. Alleluia.

At that time, Jesus came into the quarters of Caesarea Philippi, and He asked His disciples, saying, Whom do men say that the Son of man is? But they said, Some, John the Baptist, and other some, Elias, and others, Jeremias, or one of the prophets. Jesus saith to them, But whom do you say that I am? Simon Peter answered, Thou art Christ, the Son of the living God. And Jesus answering, said to him, Blessed art thou, Simon BarJona, because flesh and blood hath not revealed it to thee, but My Father Who is in Heaven: and I say to thee, that thou art Peter, and upon this rock I will build My church, and the gates of hell shall not prevail against it; and to thee I will give the keys of the kingdom of Heaven; and whatsoever thou shalt bind upon earth, it shall be bound also in Heaven; and whatsoever thou shalt loose on earth, it shall be loosed also in Heaven.

Thou shalt make them princes over all the earth: they shall remember Thy name, O Lord, throughout all generations.

May the prayer of Thine apostles, O Lord, accompany the sacrifices which we offer to be consecrated to Thy name, and through it do Thou grant us to be pardoned and defended. Through our Lord Jesus Christ Thy Son our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Be appeased, O Lord, by our humble